

mēo labori haud parcens praeter aequom atque aetatem
meam.

non te pro his curasse rebu' nequid aegre esset mihi ! 30

SO. non mea opera neque pol culpa evenit. *LA.* immo
maxume :

sola hic fūisti : in tē ōmnis haeret culpa sola, Sostrata.

230 quae hic erant curares, quom ego vos curis solvi ceteris.
cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet ?

illi(u)s dices culpa factum ? *SO.* haud equidem dico, mi 35
Lache.

LA. gaudeo, ita me dī ament, gnati causa ; nam de te
quidem

sati' scio peccando detrimenti nil fieri potest.

235 *SO.* qui scis an ea causa, mi vir, me odisse adsimulaverit
ut cum matre plus una esset ? *LA.* quid ais ? non signi
hoc sat est,

quod herī nemo voluit visentem ad eam te intro admittere ? 40

SO. enīm lassam oppido tum esse ābant : eo ad eam non
admissa sum.

LA. tuōs esse ego illi mores morbum mage quam ullam
aliam rem arbitror,

240 et merito adeo ; nam vostrarum nullast quin gnatum velit
ducere uxorem ; et quae vobis placitast condicio datur :
ubi duxere impulsu vostro, vostro impulsu ēasdem exigunt. 45

PHIDIPPVS LACHES SOSTRATA ii

PH. Etsi scio ego, Philumenā, mēum ius esse ut te cogam
quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo victu' faciam